



Theophili Raynavdi Societatis Iesv Theologi, Opera Omnia

Tam hactenus inedita, quàm alias excusa, longo Authoris labore aucta & emendata : Accessit Tomvs Integer Complectens Indices Septemdecim in vniversum Opus, omnium quotquot prodierunt locupletissimos, Qvibus Absolvts Divinae Av Humanae Eruditionis Thesaurus Orbi literato aperitur ; Adiectus est ...

Raynaud, Théophile

Lugduni, 1665

Capvt III. Panacea illustrium cùm typorum, tum nominum, quibus Patres ornatum & dotes sanctissimi Christi corporis, in Scripturis designari obseruauerunt.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-79561](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-79561)

mortalibus per instrumentum ipsis cognatum, versatum est, sequae notum reddit.]

Lare Petrus Damiani serm. 2. de exaltat. S. Crucis, tractans consonantiam temporis constructi templi Salomonis, & fabricati in vtero Deiparae, corporis Christi. Locum adduxi agens de Christi affectione. Ex recentioribus, plege ac eruditè templum Salomonis, cum Christi corpore componit Villalp. in Ezech. p. 2. lib. 5. disp. 2. c. 33. & verbosissime Bartholomaeus Ferrariensis lib. 2. de Christo abscondito.

Domus sapientie.

46. Sanctus Athanasius orat. 5. contra Arianos.] In Maria vtero Verbum sibi domum conformavit, eo modo quo ab initio Adam ex terra genitus est: vel potius diuiniore, de quo & Salomon ait, cui occultum non fuit, Verbum etiam sapientiam appellari. *Sapientia* (inquiens) *edificauit sibi domum*. Quod Apostolus interpretans, ita locutus est, *cuius nos domicilium sumus*. Et alibi. *Nos templum nominat*, quatenus Deo sit congruum in templo habitare: cuius imaginem ex lapidibus à primis hominibus per Salomonem edificari voluit. Quapropter apparente veritate, domus illa desit, cum enim vellent offerati Iudaei, imaginem rei, rem ipsam esse, & ipsum Verbi corpus quod erat verum templum destruere, nihil ipse vicissim comminatus est: sed quia sciebat vltro eos hanc temeritatem suscepiuros, locutus est eis, *soluite templum hoc, & intra triiduum excitabo illud*.] Ad eandem mentem, praeclare his verbis. Rupertus l. 9. de process. Spiritus sancti cap. 2.] Spiritus sanctus, domum istam non manu factam, templum Domini corporis sapienter per semetipsum edificauit, decenter exornauit, gloriose ac feliciter dedicauit. Edificauit inquam in ipsa Verbi Incarnatione, exornauit in illius veri hominis manifestatione, dedicauit in eiusdem sacrosancta resurrectione. Quam videlicet dedicationem, ille innuit Psalmi 29. titulus, *Psalmus cantici in dedicatione domus David*. Mittit enim nos titulus ad historiam, & historiae intelligentiam facit; quia sicut David, impensa & apparatu suo, per manum Salomonis templum Domino edificauit, & postea cum iucunditate solemnibus verbis ad laudem Domini dedicauit; sic corpus Christi, secundum singularem natiuitatem, & immunitatem à peccato, fuit edificatum: post resurrectionem verò secundum impassibilitatem & immortalitatem aeterna gloria manet dedicatum. Manifestationem verò illam dicimus, qua manifestauit eum Spiritus sanctus in specie columbae, Ioanne praedicante: *& ego nesciebam eum, sed ut manifestetur in Israel, propterea veni ego in aqua baptizans*.]

Arca Testamenti.

47. Hanc esse imaginem expressissimam corporis Christi, receptissimum est apud sacros Doctores. Signo nonnullos, dimissis innumeris. S. Hilarius in Psalm. 131.] Sed non solum hic Domine exurge in requiem tuam, sed & tu, & arca sanctificationis tuae. Non arca Testamenti, non arca legis, sed arca Sanctificationis tuae. Et quidem esse arcam Testamenti meminimus, intus ac foris auream, vbi tabulae testamenti, vbi sanctae litterae; vbi liber testamenti, vbi gomor mannae. Sed haec omnia eius, quod Dominus assumpsit, corporis specus est, omne in se Sacramentum continens legis: hoc & Deitatis spiritus & origine carnis manitum, intus scilicet ac foris aureum. Est enim Dominus noster Iesus Christus, in gloria Dei Patris, manna in se continens aeternum. Ipse enim panis est viuus, Testamenti intra se tabulas & legis librum conseruans: sunt enim in eo verba vitae. Ut igitur cum Domino etiam haec sanctificationis arca (hanc enim secundum Euangelia, & sanctificauit & signauit Pater,) in requiem exurgat, Propheta orat. Ceterum arca illa ter-

rena, & frequenter ab Allophyllis capta est, & polluta à Regibus: & hodie templo atque vrbe subuersa, iam nulla est.] Idipsum habet ibid. optime Hieronymus.

Rupertus latè consensit l. 4. in Exod. c. 5. Decepo duntaxat particulam.] Principio sanctuarij arca compingitur quia principio sanctae Ecclesiae filio Dei, corporis humani membra compegit, ex Virgine sanctus Spiritus. Compingitur autem arca de lignis Sethim, lignis impuribilibus, quia de semine Patrum fidelium, aeterna memoria redolentium, Dei filius est Incarnatus: *Cuius, inquit, longitudo habeat duos & semis cubitos, latitudo cubiti unum & dimidium, altitudo similiter cubiti & semissem, videlicet, ut homini salua reuerentia sit accessibilis, & atrectabilis intus & foris, prout est mensura vel statura hominis*. Statuta namque humanae longitudo, à planta pedis vsque ad collum, tricaubitalis est. Cum ergo altitudo arcae, tantum vnus cubiti sit ac semissis, palam est, quia curuaturam corporis humani non excedit, & longitudo cum sit duorum cubitorum ac semissis, portectis manibus ad dexteram & ad sinistram ad quemlibet actum religionis vltro accedit. Latitudo quoque cubiti ac semissis, liquet incumbendis manibus quam accommodata sit. Quod totum mystice nobis illud innuit, quia incarnata diuinitas, omnibus modis, mensurae, id est capacitati hominis, benigna se charitate indulsit. Deus appropinquans in terra visus, & cum hominibus conuersatus est, oculis hominum expostus, auribus hominum propositus, manibus hominum appositus est.]

Et inferius cap. 14. agens de contentis in secundo tabernaculo.] Illic arca est, vera scilicet carnis nostrae, quae de Virgine sumpta est, & in cruce pendit substantia, virtute resurrectionis nullatenus absumpta, sed tantum in gloriam immortalitatis atque incorruptionis immutata; habens virgam & manna & tabulas testamenti; virgam, id est potestatem Patris super omnia opera, de qua dicit, *data est mihi omnia potestas in caelo & in terra*: manna, id est gratiae dulcedinem; hanc enim Deus suscitauit, & Principem ac Saluatorem exaltauit, (ait Apostolus Petrus, protinus subiungens) ad dandam poenitentiam & remissionem peccatorum. Tabulas testamenti, id est, librum iudicii, de quo Daniel dicit: *Iudicium sedis, & libri aperti sunt*. Nā de his quae in libris testamenti sunt scripta, futurum est iudicium, & aperientur sunt conscientiae singulorum.]

S. Cyrillus l. 4. in Ioan. c. 28.] Arca constituta fuit ex lignis quae putredinem non patiuntur, ut incorruptibile corpus Christi esse perdiscas. Auro etiam puriora, intra & extra, fuit deaurata: quia preciosa, regaliique omnia, in ipso sunt; non solum quae Deitati, verum etiam quae humanitati eius attribuntur. In omnibus enim primus est, (ait Paulus,) & aurum, honoris atque praestantiae loco super omnes accipitur. Hoc modo constituta deaurataque arca, diuinam legem in ea reconditam continebat, quae quousiam Verbum Dei est non subsistens, sed mandatum, Dei Verbum non subsistens carni coniunctum significabat.] Videndus insuper Hesych. 5. in Leuit. cap. 16. 3. 59. & Philippus Abbas l. de dignit. Cleric. c. 2.

Ligna Sethim, arcam Christum compingentia.

48. Insigniter Petr. Cellensis l. 1. de tabernac.] Corpus illud Dominicum de sacris visceribus virginis vteri conceptum, & natum obumbrante Spiritu sancto, lignis Sethim congruè comparatur, quia ligna ista impuribilia sunt & leuia, & igni apposita non efficiuntur damno combustionis, sed indurantur soliditate robustiori. Sunt quoque similia albae spinæ; incorruptibile siquidem est corpus Christi; quod neque computruit aliquando in stercore humanae conuersationis, corruptione peccati; nec in sepulchro puluere mortis. Vnde, non dabis sanctum tuum, videtur corruptum;

mem; leuæ, quia nullatenus originalis peccati sue
actualis opprellum grauedine, super pennas vento-
rum, adhuc in carne deambulauit, vndeque folido
more caluicis; & post mortem ad resurrectionem, ad
detectam Paris, leuaris manibus, corpore ascendit;
denique passionis iussuppositum corpus dominicum,
quoque liquum Sethim, non euanuit in cineres com-
bustionis, sed conualuit in impassibilicæ resurre-
ctionis. Exaruit namque inuidia Iudeorum aduersus
Iesum (Mat. 23. Psalmita,) tanquam ignis in spinis; sed
reus, itaque, in flamma ardens, non est combustus, in
pennis suis penam nostram euacuans, & à culpa natu-
ram, per penam liberans. Hoc autem totum, quia si-
mile est hoc lignum à alba spinæ; non vique veritate
natura, sed conditionis similitudine. Nam veritas car-
nis in eo non fermentatur corruptione vetustatis, sed
conseruatur similitudine in carnis peccati, vt de specie
admiratur illiciter, de veritate nobis patrociniū
prestat.

Vyna aurea.

49. Petrus Damiani serm. 42. [Quid est vna aurea
municio Christi munda: nitida, sincera, atque ab omni
vitiis contagione purissima? quæ reconditum habet
munda; Angelicum videlicet panem; hoc est divini-
tatis eternæ dulcedinem.]

Thronus Salomonis.

Philippus Abbas Tomo 2. Moralitatum in Cantica
inferius confert corpus Christi cum hoc throno, sed
fufius quam ut hic adscribi queat. Itaque ibi legatur
hæc comparatio.

Cubile Verbi.

Orig. hom. 3. in Cant. ad illud *lectulus noster floridus*,
 non alia quibus corpus sponſæ caſtum & purum, cubi-
 le Verbi dicitur eſſe affirmat, addit. [Conſidera ſanè,
 ne poſſit forſit etiam illud corpus quod aſſumpſit Ie-
 ſus, communem ei cum ſponſa cubile nominari; quom-
 odum quidem videtur per ipſum Eccleſia Chriſto eſſe
 floreat, & participem Verbi Dei capere poſſiſſe, ſe-
 cundum quod mediator Dei & hominum dicitur, &
 ſecundum quod Apoſtolus dicit; *quoniam in ipſo habeo-*
mus accipere per fidem in ſpe glorie Dei.]

Ferculum impuribile.

Jo. S. Bernard. *serm. 5. in vigilia natiui. Dom.* [*Gratia*
et gloriam debui Dominus. Ne ergo contemnas prius
invenire, si frequentia concupiscis: nec fastidias prius
edulam, si vis accipere quae sequuntur, vel pro ipso
fasculo in quo opponitur, lumere non recules. Feticu-
lus enim inappetibile fecit sibi pacificus noster, cor-
pus incorruptibile aptans sibi: in quo salutis epulas
ministrat. *Non dabis* (inquit) *sanctum tuum videre cor-
ruptibilem.* Illud vetite de quo Gabriel ad Mariam,
quid nascetur, ait, *et tu sanctum vocabitur filius Dei.*

Serpens aeneus.

S. Mattheus. non. 11. [Quid inuuit serpens ille mortuus, qui sublimitati ligni affixus, sanabat percussos? Serpens ille mortuus, vinum laperabat, vt typus sit corporis Domini, Corpus enim, quod assumpsit ex Maria, exaltatum in cruce, suspendit & affixit ligno: & ita serpenterem in corde viuenter & repenterem, corpus mortuum vicit & occidit. Hic miraculum magnum! quomodo serpens mortuus, occidit vinum. At quemadmodum fecit Moses nouum opus, similitudinem vni serpents effingens; sic quoque Dominus, nouum opus ex Maria condidit, & hoc induit, non attulit corpus ex celo: Spiritum caelestem Adam ingredientem creauit, & hunc permiscuit diuinitati, & induit carnem humanam, eamque format in vtero. Sicut ergo serpenterem anemum vique ad Moysen non iussit Domi-

Theoph. Raynaud. Christum.

nus in mundo fieri : ita corpus novum & peccati ex-
pers, vique ad Dominum non apparuit in mundo. Postquam enim primus Adam mandatum De trans-
gressus est, regnavit mors in viventes eius filios. Su-
peravit ergo corpus mortuum, serpentem vinum : &
hoc miraculum Iudæis quidem offendiculum, Græcis
autem stultitia est.

Affinis est huic comparationi, frequens apud Patres collaris corporis Christi, cum serpente in virga Moïſis propoſito: de qua videndus Encherius homil. 3. de Paſch. Irenæus lib. 3. cap. 29. vbi Feuardentius adducit in eam rem S. Iſidorum, Nyſſenum, Auguſtinum, Proſperum, Rupertum, Bedam, ſed optimè idipſum expreſſit S. Ambroſius l. de Salom. cap. 2. vbi ſerpentem æneum, cum hoc è virga ſerpente, belle coniunxit ad exhibendum Chriſti corpus. [Moÿſes (inquit) ſerpentem æneum in eremo ſuſpexit in ligno, qui propitiuſ erat typus corporis Chriſti, vt quicunque in eum apiceret, non periret. Corpus enim hominis, per tranſgreſſionem, vas fuerat ſerpentis effectum. Sic & alibi ipſe Moÿſes vigam projecit in terram, quæ in ſimilitudinem eſt corpora æſerpentis, quæ & ipſa imago erat corporis Domini. Idco omnium Egyptiorum totileſtatem è, quia tantæ virtutis in ſe typum gerebat, aboruit.]

Was nouum.

§ 1. Petrus Damiani serm. 2. de exalt. S. Crucis. [Hu-
mana mens quæ sterilis erat amara atque infipida, ad
Saluatoris aduentum fertilis dulcis effecta, diuina in-
super est Sapientiæ sale condita. Quod nimirum satis
expresse figurauit illud Elsei Prophætæ miraculum.
Nam cum viti Iericho sibi conquereretur, quod aquæ
essent pessima, & terra sterilis, *asserre*, inquit, *mihi vas*
nouum, & mittere in illud sal. Deinde aquarum fontis, sal
illud immerisit. Sicque aquas ab omni morte & sterili-
tate sanauit. Quod nimirum, vt totum breui sermone
concludam, nihil aliud insinuat, nisi quod Verbum
caro feret, & habitaret in nobis. Quid enim aquæ nisi
mundani sunt populi? Quid vas nouum, nisi corpus
Dominicum, nulla scilicet præaricationis antiquæ
labe nigratem, nulla vereris hominis abusione detri-
tum? Quid poterit sal, nisi celestis est Sapientiæ? Sa-
pientiæ igitur Patris in corpus, descendit humanum, &
sic ad fertilitatem, & vralis intelligentiæ dulcedinem,
omnium conuertit fidelium mentes: quæ nimirum dul-
cedo tamdiu latuit, vsque dum sal mergeretur in
aquam; idest, vsque dum ille penderet in cruce, qui
dixit; *Saluum me fac Deus, quoniam introierunt aquæ*
vsque ad animam meam. Ex tunc enim homo didicit,
quid deberet appetere quid vitare.]

Lilium.

52. S. Ambrosius serm. 5. in Psal. 118 ad v. tractans illud, *ego flos campi, & lilium convallium*, post illa de Ecclesia lilio collata, subdit, [Refert etiam considerare quod hoc lilium splendore circumfusum sit, intus autem quod habet, rubeum sit, boni & ipsum odoratum, eod quod caro Christi, velut morali diuinitatis claritudine circumsepta, cœlestis habuerit protectionem gratiæ. Denique in posterioribus ait, *Frater meus, candidus, & rubeus*. Candidus claritate diuina, rubeus specie coloris humani, quem Sacramento Incarnationis assumpsit: meritoque & ipsum quod est rubeum, bene olet, quia caro Christi sine peccato est, quam perdidit contritantes, manus suas inquinauerunt; [audī venerantes, pietatis odore fragrantur. Accepit hunc odorem Dominus Iesus. fragantis Ecclesiæ suæ, & ait, ecce proxima mea bona.]

Fenestra Deitatis.

53. Clemens Alexandrinus 1. pædag. cap. 5. *sub finem*,
tractans quod Genesios 26. habetur, de Rege Abime-
lech.

lech, prospiciente ludentem cum Rebecca Isaacum, præmissa alia interpretatione, addit. [Rex itaque Christus, è superis rîsum nostrum speculatur, & cum è fenestra ut dicit scriptura, prospexisset gratiarum actionem, & benedictionem, exultationem, & lætitiâ, & simul etiam cum ijs operantem tolerantiam, & eorum coniunctionem, solam suam respicit Ecclesiam: ostendens faciem suam quæ deerat Ecclesiæ, quæ regali perfecta capite, efficitur: Vbi erat autem fenestra, per quam ostendebatur Dominus? Caro per quam fuit manifestatus.]

S. Gregorius in cap. 2. Cantic. ad illud, *En ipse stat post parietem nostrum, aspiciens per fenestras, prospiciens per cancellos*, sic scribit. [Quasi post parietem nostrum Christus Incarnatus stetit: quia in humanitate assumpta diuinitas latuit & quia eius immensitatem si ostenderet infirmitas humana ferre nō posset, carnis obstaculum obiecit. Et quicquid magni inter homines operatus est, quasi post parietem latitans fecit: per fenestras autem & cancellos qui apertus, partim videtur partim vero se abscondit. Sic & Dominus Iesus Christus dum & miracula per diuinitatis potentiam fecit, & abiecta per carnis infirmitatem pertulit, quasi per fenestram & cancellos prospicit; quia in alio latens, in alio quis esset, apparuit.] Apud Bernardum in sermone Not. 50. de parabola nuptiarum filij Regis, Diuinitas Christi fenestra dicitur, paries verò humanitas.

Nubes levis.

54. Ambrosius serm. 5. in Psal. 118 ad v. 1 exponens nubem leuem de qua Isaias cap. 19. cum dixisset, eam nubem præsignasse Deiparam, subdit. [Aliiter quoque eam interpretationem sumere licet. Venit in nube leui Christus in Ægyptum, hoc est, venit in susceptione sui corporis in hoc seculum. In nube venit, quem nebula corporis obumbrabat. Sed levis erat caro, quam nulla sua grauabant delicta. Quomodo enim peccatis grauaretur suis, qui auferbat omnium peccata populorum? Ecce, inquit Ioannes, agnus Dei, ecce qui tollis peccatum mundi. Ante hesternum, lectum est, quia stabat Iesus, & habebat vestimenta sordida: Mea enim peccata portabat. Sumpsit vestimenta nostra, ut nos splendore immortalitatis indueret. Venit in nube leui, quasi iustitia iniquitas enim in talento plumbeo sedet; Christus in corde iustorum, in quibus peccata non erant. Et ideo benè lectum est hodie; quid retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi? Pro nobis Dens Verbum suscepit carnis infirmitatem, pro nobis esuriuit, vapulauit, crucifixus est, mortuus est, ut nobis in quibus ante vita ignobilis & degener habebatur, inciperet mors esse preciosa.]

S. Bernardus serm. 1. de aduentu agens de Christi corpore. [Hæc est illa leuissima planè & præfulgida nubes, supra quam ascensurum eum, Propheta prædixerat, ut descenderet in Ægyptum Rupertus optime lib. 9. in Apocal. ad illud cap. 14. *Et vidi & ecce nubem candidam*. [Caro illa virginea, caro immaculata, sine aliqua sorde peccati originalis assumpta, per nubem candidam hic significata est per Prophetam dicentem, ecce ostendit Dominus super nubem candidam, & ingredietur Ægyptum; id est assumet carnem de Virgine, & ingredietur in hunc mundum. Nam quomodo sol super nubem candidam, diem quidem nobis efficit, sed non totam suam claritatem ostendit, lucem quidem dat, sed formam suam subtrahit nec totos ignes suos exerit, & frigus tamen competentem exuperat præteritæ algidæ noctis: sic diuinitas clarissima, in carne quidem miraculis & sermone sapientiæ nos illuminauit, sed non semetipsam sicut est manifestauit: locutus quidem est & fecit sicut Deus, non tamen formam Dei ostendit, nec totam virtutem suam exeruit, & tamen, ad expugnanda Spiritualia nequitie satisfecit.]

Latibulum & caligo Dei.

55. S. Chrysostomus in Psal. 96. incidens in illud Psal. 117. *Posuit tenebras latibulum suum*, sic philosophatur. [Quærit quales tenebras posuit Deus latibulum suum? Planè corpus: quia tabernaculum corporis (inquit) dicit tenebras. Id te sequens psalmi versus doceat. Nam postquam dixit, & posuit tenebras latibulum suum, adiecit dicens, in circuitu eius, tabernaculum eius. Vidisti eius nubem, cognouisti eius caliginem, & quid sit caligo. Nunc solue celebrem & difficilis solutionis interpretationem, quæ à multis quidem assertur, à paucis autem rectè docetur. Dies diei erudit Verbum, & nox nocti inducit scientiam. Et posuit tenebras latibulum suum. Tenebras (dicit scriptura) vocauit Deus mortem. Nox eramus nos gentes, noctem induit Dominus. Nostrum etiam tabernaculum portauit. Dies diei erudit Verbum, pater filio, secundum quod lux est, & dies, Dominus.]

Altare holocausti.

Hefychius lib. 2. in Leuit. cap. 8. Sed pulchrè ibidem lib. 1. exponens effusionem sanguinis in circuitu altaris. [Videlicet (inquit) in vniuersi corpus: hoc enim reuera altare dicitur. Quomodo sicut omne sacrificium super altare à sacerdotibus ministrantibus ponitur, sic omnem animæ virtutem in corpore Domini: id est ad eius imitationem, sacerdotes operantur. Hoc altare Moyses significans, dicebat; altare de terra facietis mihi; de nostra enim terra, id est conspersione siue massa, corpus Dominicum factum est. Et rursus ipse; quod si altare lapideum feceris mihi, non edificabo illud de sectis lapidibus, si enim leuaueris cultum tuum super eo polluetur. Neque enim secta, neque deleta ab hominis manu est, Christi caro, de qua Daniel dicebat; abscessus est lapis de monte sine manibus, quia sine complexu viri & mulieris, conceptus eius processit & paratus. Benè autem addidit, & quod est ante ostium tabernaculi testimonij, in circuitu, ut in omnibus quidem eum imitemur. Ante ostium autem tabernaculi, ut ostium, doctrinam Apostolorum intelligamus.]

Non subscribo quoad hoc extremam dictum. Melius enim mihi videtur inferius ad illa verba, *penetrare de eodem sanguine*, ostium tabernaculi, interpretari corpus Christi. Ibi enim cum rursus confirmasset corpus Christi dici altare, subdit. [Quia enim intelligibile altare corpus Domini & Beatus Paulus intelligit, ipso dicente cognosce. Ait enim, *Habemus altare, de quo edere nō habent potestatem hi qui tabernaculo deseruiunt*, corpus videlicet Christi dicens. De illo enim comedere, Iudæis fas non est. Hoc altare necessarè in introitu tabernaculi testimonij, id est in introitu cælorum est, quia per ipsam, ingressum habemus in cælis.]

Velum.

S. Cyrillus lib. 4. in Ioan. cap. 28. Christi corpus confert cum velo tabernaculi sic scribens. [Velo tabernaculum tegitur, quia in carne Deus latebat, & quasi velamine corporis tectus, ignotabatur. Vnde multi Deitatis potestatem, quæ in ipso miraculis fulgebat, percipere propter carnem nolentes; modò cominabantur, quia Deum se faceret, cum esset homo: modò sine rubore clamabant, Nonne hic est filius Ioseph, cuius noscimus patrem & matrem? quomodo nunc dicit, quia de cælo descendit? Eo igitur velo quo tabernaculum tegebatur, non cognitum iri à pluribus Iudæorum Iesum, denotabatur.]

Hefychius l. 1. in Leuit. ad illud capitis quarti, quo aspersio septena contra velum Sanctuarij mandabatur, sic ait. [Velum eius carnem appellauit; habitare enim hoc non possumus, Paulo ad explanationem huius mysterij]

myſterii dicente; habentes fratres confidentiā in introi-
tu ſanctorum in ſanguine Chriſti, quam milium nobis vi-
na et virum per velamen, id eſt carnem ſuā, & ſacer-
dotem magnū, in domum dei introeamus, cū puro corde
in ſatisfactione ſidei. Propterea & Sanctū velum ap-
pellatur etſi figuram quippe carnis Sancti Sanctorum,
gerat. Idem repetit I. s. c. 16. Ex Anaſtaſio Synaita
de reſta fidei dogmat. ſub ſignis, duplex velum
distinguebat, & vnum corpori Chriſti, alterum animæ
operante, idem dicam infra agens de anima.

Laterna lucis eterna.

S Bernardus ferm. 1. de aduentu. [Caligabant oculi
nudi. Ille vero lucem habitat inaccessibilem; & iac-
centes paralytici in grabato, diuinam illam non pote-
runt actingere consuetudinem. Propterea benignissi-
mus Saluator & Medicus animarum, descendit ab al-
titudinibus suis, & claritatem suam infirmis oculis tempe-
ravit. Induit se Laterna quadam, illo utique gloriose
se. omni labie purissimo corpore quod suscepit.]
Supposito esse possit, pro *laterna* legendum *lucerna*. Ta-
men plerique Codic. constanter legunt *laterna*. Nec
incongrue dici potest & lucem *laternam* inducere,
quod luci prætexatur, eamque oculis attemperet.

Thuribulum aureum.

Reperitur lib. 4. in Apocal. verba illa, *stetit Angelus*
et dicit, habens thuribulum aureum in manu sua, in-
terpretatur. Thuribulum illud corpus Christi, quod in
aetate Crucis, incensum sanctarum precum & meri-
torum pro nobis obtulit Deo. Idem habent varij alij
Passus. Angelinus optimè serm. 98. de temp. & apud
Bernardum Autor sermonis de Beata Maria & perpul-
chre Dilectis serm. 36. tractans thuribulum aureum
in manu Angeli, id est corpus Christi reditui, ei soli
in obsequium.

Vitis.

18. S. Athanasius in libello pro Dionysio Alexan-
driensi, tradens illud, ego sum vitis, vos palmier: sic scribi-
bit. [Nos respicere corporis nostri, Domini cognati
vitemus: ea proinde ab illo dictum est, annunciabo no-
men castrum fratribus meis. Et vt palmies ex vite sunt,
etque confabundantiales habentur, ita & nos cognata
cum Domino corpora fortiti, incrementum eius eius
placuisse accepimus, eiusque radice ad resurrectionem
& salutem nitimur. Pater vter agricolæ nomen me-
reamus, quod ipse per verbū, vitem, quæ est humanitas
Statuatis considerit.] Apud Theodoretum Dial. 1. hic
S. Athanasius delensibit, & extrema verba propo-
sit, sic legantur. [Pater, dictus est agricola. Ipse enim
per Verbum vitam effecit, quæ est corpus Domini.]

Firmamentum inter cælum & aquas.

19. Anafanſus Synaita lib. 2. *Hexaëmeri initio*, ex-
ponit firmamentum in medio aquarum, de quo initio
Genefcos. [Non fit (inquit) extra aquam hoc fir-
mamentum. Sed in medio aque omnium gentium,
et ea eſt concurrens: quoniam fecit Deus ſalutem in
medio terre, ripore qui habitauerit in medio terre
veri Virginis, & ſalutem mundi fecerit, compaſto
firmamento ſancti lui corpore, in medio incorrupte
matris fontis vite puelle Dei matris, & poſito ſub
aque firmamenti, ſub Sole, inquam, eius diuinitatis.]
Et inferias. [Vide quod cælum quidem ſuperius, &
quod non caſide ſub alpeſtum, natura ab initio voca-
tum eſt cælum. Firmamentum autem materiale quod
lum; ſed poſt viſionem quam habuit cum cælo natu-
ra inſpectabilis, tunc ipſum quoque cælum eſt appella-
tum. Sed quoniam ſanctum quoque Chriſti corpus
Theoph. Raynandus Chriſtus.]

Deificatione & vnione dicitur Deus, non autem natura, necesse est ob typicas, sed non naturales, quæ dictæ sunt rerum traditiones, id dicere firmamentum quod factum est ex aquis. Erat abyssus, tenebrarum sedes, homo. Quæ autem per Christum exaltata, est ipsa, De lucis sedes, considerat eum eo indiuiduè. De his in Christo vnitis cælis seu naturis, dictum est illud, *cæli enarrant gloriam Dei*, hoc est naturæ Christi, prædicant & Gloriam ipsius Dei vnigeniti, qui in ipsis & ex ipsis consideratur, & paternæque quidem & in Deum declarantes, & hominem qui est simul in ipso Deo. Manuum autem eius facturam, cum oporteret eum tangentem per se operari, in miraculis annunciar firmamentum, hoc est, qui in eo cernitur homo. Per eum enim operabatur miracula diuinitatis, quem de terra sustulerant dicentem; *Manus tuæ fecerunt me & plantauerunt me*, firmamentum à corruptione ad incorruptionem. Vnde cælum quidem carnis eius quod videtur, ex humore terræ, nempe ex sanguine terrestris Virginis sibi editum, firmatur, ceu compegit ad incorruptionem, quoniam est Dei caro. Non enim corrupta est aut interijt, etiamsi ea quæ sunt naturæ secuta est, etiam in cruce. Nam & si Dei caro, erat tamen etiam nostra.]

Cithara & psalterium.

60. Beda in Pfal. 107. ad illud, *exurge gloria mea exurge psalterium & cithara*, Christum hac proferre praefatus, addit, [Cato Christi, propter infinitatis & mortis experientiam, dicitur cithara : psalterium vero dicitur, propter celestia opera. Et est quid dicat, & vt ego cantem & psallam in gloria; id est cato in ca motere, & exurge, vt sis psalterium : & ideo dico exurge, quia es cithara. Licet enim cato Christi prius etiam fuerit psalterium, maxime tamen in gloriam resurrectionis & ascensionis, psalterium extitit.] Profecit ex S. Hilario, qui praefatione in psalterium, corporis Christi & psalterij analogiam, scite prolequitur.

Lapis stanneus in manu Zorobabel.

61. S. Hieronymus in cap. 4. Zachariæ. [Quidam lapidem stanneum, corpus Domini acceperunt, quod nullis peccatorum maculis fuerit sordidatum, nec plumbum vocetur, sed stannum purissimum.]

Baculus senectutis mundi.

Gulielmus de Cailloë in cap. 10. Tobie circa illud
ut quod te misimus peregrinari, baculum feneratoris nostras,
sic gloriat ea verba. [Baculus hic, quod Iesu Christi
 intelligitur. Sont autem quædam triumphantis Eccle-
 siæ, compatiens Verbi incarnati doloribus, & præ-
 sentiam ipsius accide [suscipiens]. Hic enim baculus,
 partem illam Ecclesiæ qua caniciebat, & fenesciebat in
 terris, in fine temporum illuminare venerat & fulcite,
 vnde & competenter ad hunc sensum refertur quod
 sequitur: *Nunquam fuisses pecunia illa pro qua misimus*
filium nostrum peregrinari. Pecunia enim illa, fuit pri-
 morum parentum culpa, quam cum vltis peccatorum
 fenerator audius quotidie exigit, & post mortem exi-
 get cum fœnore tormentorum. Hic est in quo habita-
 verunt patres nostri aduenæ & peregrini super terram.
 In hoc Symeon senex, inuenit lumen ad reuelationem
 gentium & emortui præ nimia senectute corporis, no-
 bile firmamentum. Puto quod cum Spiritu venisset in
 templum, & hunc baculū [suscepit] manibus, baculum
 senibus familiarē, vel obliuioni tradidit, vel abiecit.]

Indumentum Verbi.

62. S. Cyrillus l. 12. in Ioan. c. 32. agens de facta per
N n 3 milites

milites sortitione & partitione vestimentorum. [In quatuor partes vestimenta diuisa sunt, & tunica solam indiuisa remansit, quod mysticæ eiusdem rei signum fuisse ducem. Nam quatuor Orbis partes ad salutem reductæ, indumentum Verbi, idest, carnem eius, impartibiliter inter se paritæ sunt. In singulos enim paribilibiter transiens vnigenitus, & animam atque corpus eorum per carnem suam sanctificans, impartibiliter atque integrè in omnibus est: cum vnus vbi que sit, nullo modo diuisus, sicut Paulus ait. Huius mysterij vim, legis quoque figura obumbrat. Agnū enim tempore congruo accipere iubeat, non per singula capita vnum, sed per singulas domos atque familias. Sic diuisi quodammodo agnus videbatur. Sed vt rursus quasi integer ac indiuisus remaneret, vna in domo comederetur, inquit, non exportabitur de carnis eius. Sic paribilibiter, quantum ad singula vnus familie capita; & impartibiliter, quoniam in vna domo atque familia vnus in omnibus agnus inueniebatur. Simile quid & de vestimentis intellige: Alia enim in quatuor partes diuisa sunt, sola tunica integra permansit, quæ inconsutilis & deluper erat contexta, vt significaret absque conuentu sexuum, virtute sancti Spiritus, desuper corpus Domini contextum atque confectum, de sanguine Virginis, fuisse.]

Petrus Damiani serm. 46. [Indumentum Christi nihil est aliud nisi corpus quod sumpsit ex Domina & Virgine Maria. Nec tamen aliud est vestimentum eius, atque aliud ipse. Nam nostrum quoque vestimentum, caro dicitur, sed tamen ipsi nos sumus caro, qua vestimur. De hoc vestimento per Ioannem dicitur, habebat in vestimento, & in femore suo scriptum Rex Regū & Dominus dominantium. Per femur quippe, propagatio carnis fit. Quia ergo per propaginem generis humani in mundum hunc venit ex Virgine, & per Incarnationis suæ mysterium quia Rex esset Dominus, cunctis gentibus indicavit; in vestimento, & in femore scriptum habuit, Rex Regū & Dominus dominantium. Vnde enim mundo innotuit, ibi suæ scientiam Maiestatis inscripsit. Hoc autem indumentum rubrum Propheta apparuit, quia redemptor noster, proprium pro redemptione nostra sanguinem fudit.]

Tunica linea sanctificata, Sacerdotis nostri.

63. Orig. hom. 9. in Leuit. sub initium. [Linū de terra oritur. Tunica ergo sanctificata linea induitur vtus Pontifex Christus, cum naturam terreni corporis sumit. De corpore enim dicitur, quia terra sit, & in terram ibit. Volens ergo Dominus & Saluator meus, hoc quod in terram ierat inscitare, terrenum suscepit corpus, vt id eleuatum de terra, portaret ad cælum. Et huius mysterij tenet figuram, hoc quod in lege scribitur, vt linea tunica Pontifex induatur. Sed quod addidit sanctificatā, nō odiosè audiendum est. Sanctificata namque fuit tunica carnis Christi, non enim erat ex semine viri concepta, sed ex sancto Spiritu generata.] Eodem recidit quod habet Beda quæst. 8. ex varijs monstrans Davidem accinctum ephod lineo, fuisse Christi figuram. [Nam linum quod è terra procreatum, multiplici labore ad candorem vestis peruenit, veritatem humanæ carnis, inter flagella triumphantis ostendit.]

Vellus Gedeonis.

S. Bernardus homil. 2. super Missus est. [Quid illud Gedeonis vellus significet, quod vtique de carne totum, sed sine vulnere carnis in area ponitur; & nunc quidem lana, nunc verò area rore perfunditur; nisi carnem assumptam de carne Virginis: & absque detrimento Virginitatis? Cui vtique distillantibus cælis tota se infudit plenitudo diuinitatis adde, vt ex hac

plenitudine omnes acceperimus, qui verè sine illa non aliud quam terra arida sumus:]

Testa sancti Iob, radentis saniem.

64. Anastasius Sinaïta l. 3. de rectæ fidei dogm. sub initium. [Qui iuxta Prophetæ vocem, aliquando nutritur in croceis, amplexatus erat siccum. Eam ob rē, eximius ille Rex, verè nobilis & in his qui ab ortu Solis fuerunt, liber proflus; Deus inquam, qui & Verbum, suam sapienter institutam œconomiam aggreditur. E proptia enim egressus ciuitate, misertus eius qui ab ea exularat, inleuit sicciori nostro, super quo & ipsi confestim luculenta & prælustri veste spoliati quæ amiciebamur ante admittam præuocationem, circumplexi insuper hanc graueolentiam. Cæterum simul atque ex istius stercoreis vehementi acrimonia, fimo vlcera patentiaque vulnera nobis acciderunt, quæ omnem in nobis naturæ ornatum labefecerunt, accepit ipse testam: vt concretum pus, sanietque per multam, testæ astructu eraderet. Nimirum cupiens abstergere vulnus, simul & ablueret. Quid proinde ea est testa? Perspicuum, quia eius terrestre corpus, per quod expiauit peccatum agnus Dei natus, qui & tollit peccatum mundi.]

Petra Gedeonis.

S. Ambrosius l. 1. de Spir. sancto in Prologo. [Obtuli Gedeon hædum caprarum, cuius carnem secundum præceptum Angeli, & azyma supra Petram posuit; & ea iure perfudit, quæ simul vt virgæ cacumine quam gerebat, Angelus Dei contigit, de Petra ignis eripit, atque ita sacrificium quod offerebatur absumptum est. Quo indicio declaratum videtur, quod Petra illa typum habuit corporis Christi, quia scriptum est, bibebant de consequente eos Petras, Petra autem erat Christus. Quod vtique non ad diuinitatem eius, sed ad carnem relatum est, quæ siccitatem corda populorum, perenni riuo sui sanguinis inundaui. Iam tunc igitur in mysterio declaratum est, quia Dominus Iesus in carne sua totius mundi peccata crucifixus aboleret. Nec solum delicta factorum, sed etiam cupiditates animorum. Caro enim hœdi, ad culpam facti refertur, ius ad illecebras cupiditatum; sicut scriptum est: quia concupiscit populus cupiditatem pessimam, & dixerunt, quis nos ciuabit carne? Quod igitur extendit Angelus virgam, & tetigit Petram de qua ignis exiuit, ostendit quod caro Domini spiritu repleta diuino, peccata omnia humanæ conditionis exueret. Vnde & Dominus ait, Ignem veni mittere in terram.] De Petra carnis Christi è qua nobis mel & oleum profluxit, & in quam serpens nulla malitiæ suæ vestigia imprimere potuit, optimè idem S. Ambrosius lib. de Salom. c. 3.

Forceps diuini carbonis.

Isidorus Pelus. l. 1. Epistol. 42. [Esaias, vir summa perspicacia præditus, carbonem ex altari forcipe tollit, Domini nostri Incarnationem clarissimè perspicuens. Per carbonem enim, quem cernebat, diuina essentia significabatur. Per forcipem autem, ea peccata experta caro, quam ex nobis sumptam sibi copulauit. Contigit autem Isaiæ labia, ipsiusque peccata purgavit, atque vniuersæ videlicet humanæ naturæ. Nam verbi cum humana natura coniunctio, quæ nullis verbis explicari potest, modo diuinitati consentaneo, vniuersi mundi peccata sustulit.]

Phætra sagitta electa, Verbi scilicet diuini.

Chrysostomus homil. de Turture.

Vfus doctrinæ.

65. Vnus optimus huius doctrinæ esse potest, exortatio

no studi de excipiendo dignè ac conuenienter Christi corpore, in quod tot ac tanta decora, à Patribus admodum propositum expressa, confluerunt. Elogia enim quæ reuerentius, præferunt insignem omnino ac supereminentem dignitatem sanctissimi illius corporis: proindeque quisquis ad illud accedit, summa pietate nitere debet. [Nam si quis regem non temere nec inconsideratè exceperit, quid dico Regem? Ne vestem quidem certè regiam, temerè & inconsideratè immundis manibus contrètauerit quisquam, etiamsi sit in solitudine, etiamsi sit solus, etiamsi nemo adsit. Atqui nihil est aliud vestis, quàm stamen vermium. Sin autem tincturam admiraris, ipsa quoque est sanguis, quæ morte affecti: sed tamen nemo eam voluerit auferre fuerit, immundis contrètare manibus. Si autem vestem hominis, ne ausus quidem fuerit quisquam solui tangere, quomodo Dei corpus qui est super omnia, quod est mundum & nulli affine reprehensioni, quod cum illa diuina natura est conuersatum, propter quod sumus & viuimus, propter quod fracta sunt portæ inferorum, & aperti fornices cæli, hoc accipimus cum tanto probro & contumelia? Ne rogo ne nos ipsos occidamus per impudentiam, sed cum timore & summa pietate ad ipsum accedamus; & quando ipsum videris propositum, dic propter hoc corpus, non sumus amplius terra & cinis; non sum amplius captiuus, sed liberi.] Verba sunt S. Chrysost. hom. 24. in 1. Cor. Videris reliqua, omnino in rem præsentem illustra.

Nec illud etiam prætermittendum est, quod idem S. Chrysostomus hom. 7. in 1. Cor. sapienter aduertit. Nuntum longe aliter Spiritu sancto afflatis sanctis Dei hominibus quos hæcenus protulimus, obuersatum esse Christi corpus, aliter Iudeis & Ethnicis, qui eius demerant externam speciem conspiciantur. [Audio corpus Christi, aliter ego intelligo quod dictum est, aliter infidelis. Et quomodo puelli videntes libros, non norunt vinum literarum, neque norunt quæ vident; imo vident & si quis sit imperitus literarum, hoc ipsum ei acciderit, verò inueniet magnam virtutem in literis reconditam, integras aliquorum vitæ conscriptiones & historias. Et si epistolam quidem accepit impetitus, putabit esse chartam & atramentum. Peritus autem, & vocem audit, & cum absente disseret, & quod voluerit rorsus dicit per literas. Ita etiam sit in mysterio. Infideles quidem licet audiant, non videntur audire. Fideles autem, habentes peritiam quæ sit per spiritum, vident vim ac potestatem eorum quæ sunt recondita.]

CAPVT IV.

De Perfectionibus substantia animæ Christi.

66. Et hic quoque, naturales perfectiones à supernaturalibus erunt secernendæ. Naturales tamen, ægrè hic deprehenduntur: quia anima cum sit substantia spiritualis, non est capax dispositionum accidentiarum, ipsimet immediatè aduenientium per quas fouetur aut perficiatur, vt corpori accidit. Potest tamen iuxta aliquos agnosci in animabus præcellentiæ entitatis, non specificæ & essentialis, sed vt loquuntur individualis; hoc est minor quàm specificæ, & non communis aliis animabus individuis eiusdem speciei. Hæc autem præcellentiæ, si datur, numerari potest inter perfectiones aduentitias, quia habet veluti substratam rationem animæ specificam, & gradus essentialis communes, quibus ea inæqualitas quasi superuenit. Fueritne igitur in Christi anima talis perfectio, inuestigandum est; tum de supernaturalibus perfectionibus ipsam animam substantiam immediatè afficientibus, hoc est de gratia sanctificante, disseremus. Nam reliquæ perfectiones supernaturales, adueniunt potentijs, non

autem ipsimet substantiæ animæ: Et idcirco postea explicandæ erunt.

Maiores individualis perfectio animæ Christi, admittitur: reiecta eius probatione à nonnullis adhibita.

Esse animam Christi individualiter perfectiorem alijs animabus humanis, sententia fuit calculo Parisiensis Academiae iam olim firmata, damnatis ijs qui dicerent, animam Christi non esse perfectiorem animam Iudæ: Et quamquam autoritas huiusmodi articulorum, non sit apud plerumque irrefragabilis, tamen verum existimo, animam Christi tali individuali perfectione naturali fuisse à Deo coonestatam præ ceteris animabus humanis. Hoc est cum posset Deus Christo aliam animam specificè humanam, sed entitatè despicacitorem concedere; voluit, (& meritiuissimè) concedere istum, hac naturali prærogatiua insignem.

Sententiæ huius meæ probationem, non placet petere vnde passim eam petunt qui inæqualitatem individualem animarum agnoscunt: nempe ex disparitate ingeniorum, & inclinationum diuersitate inæquali. Facile quippe ea disparitas & diuersitas, aliud referri potest quàm ad individualem animarum inæqualitatem. Nam vt latè prosequitur Lælius Bisciola t. 2. subsec. l. 7. c. 3. & l. 12. cap. 8. ob diuersam corporis dispositionem, experimur nos vno tempore, & in vna ætate, acutiores & subilliores esse, in alia verò hebetiores: aut nunc ad vnum opus, nunc ad aliud proniores. Locus quoque, vt est apud Vitruvium lib. 6. cap. 1. non parum confert ad eam varietatem functionum animæ. Sicut ergo ridiculi in huiusmodi euentibus, alia mutationis illius causa assignaretur, quàm varium pro loci aut temporis diuersitate temperamentum, causans meliorem operationem phantasie, quæ est intellectus administratæ & appetitum voluntati subordinatum, nunc condofaciens ac cicurans, nunc incendens & ad ferociam aptans: sic ad eundem vel similem aliquem extrinsecum fontem, referri facile posset quævis maior operationum animæ perfectio, non autem ad inæqualitatem, in eius entitate graduè aliquo intrinseco fundatam. Atque ita Aristoteles 2. polit. cap. 3. Platonem reprehendit, quod attempta operationum inter animas inæqualitate, mysticè innoxisset substantialem (quævis non specificam,) inæqualitatem inter eas; affirmans in earum procreatione: immixtum fuisse vni cuique, vel aurum, vel argentum, vel ferrum. Ipse & contrario omnes animas agnoscit esse vniformes, quantum quidem ex operationibus licet colligere: & totam diuersitatem quæ videtur inde insinuari, reuocat ad variam corporis dispositionem & affectionem. Vnde 2. animæ c. 9. t. 94. pronunciat, molles carne, esse bene mente aptos; nempe propter meliorem corpoream complexionem. Aëtem quippe verberat Grifaldus in decisionibus fidei. V. anima, in fine, cum hoc Aristotelis dictum, octodecim rationibus tundit; putans sensum eius esse, quod anima quoad suum esse nobilitetur à corpore. E nostris tradunt luculenter quod dico, Iustinus q. 106. ad Orthod. S. August. lib. 10. de Genesi ad literam, cap. 17. & Philippus Solitarii in dioptra cap. 2. 3. & 4. citans Anastasium Synaitam in eandem sententiam. Quantacumque ergo fuerit præcellentiæ naturalis operationum animæ Christi, supra præcellentiæ naturalem operationum ab alijs animabus oriundarū, nihil ex ea haberi firmum potest, pro inæqualitate individuali huius animæ supra ceteras.

Monstratur, eam maiorem perfectionem esse possibilem.

67. Aliud igitur recurrendum est: nempe ad possibilitatem talis perfectionis substantialis, individualiter tantum